Se trata de la única estrofa del poema en la que la introducción del versillo latino no se hace mediante un verbo de “decir”, sino un *mostraron-lhi* indiscutible que alude al hecho físico de mostrar un texto escrito con un mensaje determinado o, por mejor imaginarlo, el hecho de esgrimir dicho texto. Y conociendo la historia, el primer texto en que se debe pensar es la bula papal de deposición de Sancho II “Capelo”; pero ni en la propia *Grandi non inmerito* ni en la anterior *Inter alia desiderabilia* se encuentra nada que quepa referir al verso latino de forma más o menos clara⁴⁵.

Sin embargo, las leves diferencias en este punto entre *V* y *B* y, sobre todo, las enmiendas propuestas por los editores, me llevaron a postular un

⁴² *Ioel* 1, 12; vid. también *Luc.* 13, 6: “arborem fici habebat quidam plantatum in vinea sua, et venit quarens fructum in illa, et non invenit...”

⁴³ CATO agr. 50 (LVIII), 2, 11-12 (ed. A. Mazzarino): “ficos interputato et in vinea ficos subradito alte, ne eas vitis scandat”.

⁴⁴ Vv. 39-42 Lapa. Quiero remitir al lector al aparato crítico de su edición, pág. 132, a fin de que pueda evaluar las diversas emendaciones que han sido propuestas.

⁴⁵ Estos dos textos, especialmente la bula *Grandi non inmerito*, pueden ser consultados en el apéndice documental que acompaña a este trabajo.

dignitatis o *divinitatis* (a base de *duñcatis* de V y *dunnitatis* de B) posible a tenor de cuanto sabemos de Inocencio IV, y que me recordó la sentencia célebre de excomunión y deposición del emperador Federico II pronunciada por el mismo papa en el Concilio de Lyon, *ad Apostolicae dignitatis apicem*⁴⁶ etc. En mi opinión, ahora, la clave de este problema está, precisamente, en la semejanza de ambos casos: la cita latina de esta estrofa alude a la bula *Grandi non inmerito*, pero —como corresponde a un buen conocedor— no evoca directamente su texto, sino a algo que *está* en él, algo capaz de disuadir a quien quisiera ir contra el Conde de Bolonia, todavía no rey Alfonso III, y sus no menos despreciables que todopoderosos fautores: la amenaza de excomunión mayor o *anathema*. De este modo nos hallamos ante lo que, para mí, es la más sibilina acomodación de un texto que yo conozco. El texto a que me refiero es, ni más ni menos, el del *Ordo excommunicandi* del *Pontificale Romanum*⁴⁷. ¡Qué poco casual, viniendo de Vuitoron, el que la sentencia fulminada por Roma, debida en última instancia a la prepotencia del alto clero portugués, y la insaciable sed de poder temporal de Inocencio IV, sea acomodada por medio de sus dos expresiones clave!

Veamos, en primer lugar, a qué se puede referir el *ignem eternum*:

Quando vero anathema, id est solemnibus excommunicatio, pro gravioribus culpis fieri debet, Pontifex paratus amictu, stola, pluviali violaceo et mitra simplice... pronuntiat et profert anathema hoc modo: *Quia N., diabolo suadente, Christianam promissionem, quam in Baptismo professus est per apostasiam postponens, Ecclesiam Dei devastare, Ecclesiastica bona diripere, ac pauperes Christi violenter opprimere non veretur; idcirco solliciti ne per negligentiam Pastorem peccet, pro quo in tremendo iudicio ante Principem pastorum Dominum nostrum Jesum Christum rationem reddere compellamur, juxta quod Dominus ipse terribiliter comminatur, ... monuimus eum canonicè primo, secundo, tertio, et etiam quarto ad ejus malitiam convincendam, ipsum ad emendationem, satisfactionem*

⁴⁶ El texto de esta sentencia está editado en multitud de obras. Puede hallarse en cualquiera de las colecciones de Actas conciliares citadas en la n. 13, y en el *Corpus Juris Canonici, sexti Decretalium*, libro II, "De sententia et re iudicata", tit. 14, con escolios, *postillae* y comentarios.

⁴⁷ "Anathema est aeternae mortis damnatio, et non nisi pro mortali debet imponi crimine et illi qui aliter non potuerit corrigi" (Canon 56 del Concilio de Meaux, del año 845, en Mansi, *op. cit.*, vol. 14, col. 832).

A diferencia de la excomunión simple, el *anathema* separa al condenado no ya de la comunidad de los hermanos, sino *ab ipso corpore Christi* (cfr. A. Vacant, "Anathema", *DThC* 1.1, cols. 1168-1171, y Ch. Michel, "Anathème", *DACHEL*, 1.2. cols. 1928-1931, y especialmente 1930.

Sigo el texto del *Pont. Rom.* citado supra, n. 20, vol. 3.

et paenitentiam invitantes et paterno affectu corripientes.... Igitur, quia monita nostra crebrasque exhortationes contempsit, quia tertio secundum Dominicum praeceptum vocatus ad emendationem et paenitentiam venire despexit... idcirco eum cum universis complicibus fautoribusque suis, iudicio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et beati Petri principis Apostolorum, et omnium Sanctorum, nec non et mediocritatis nostrae auctoritate, et potestate ligandi et solvendi in caelo et in terra divinitus collata, a pretiosi Corporis et Sanguinis Domini perceptione, et a societate omnium Christianorum separamus, et a liminibus sanctae Matris Ecclesiae in caelo et in terra excludimus, et excommunicatum et anathematizatum esse decernimus, et damnatum cum diabolo et angelis ejus et omnibus reprobis in ignem aeternum judicamus, donec a diaboli laqueis respiscat, et ad emendationem et paenitentiam redeat, et Ecclesiae Dei, quam laesit, satisfaciatur; tradentes eum Satanae in interitum carnis, ut spiritus ejus salvus fiat in die judicii. Et omnes respondent: Fiat, Fiat, Fiat⁴⁸.

El texto es un poco largo, pero extremadamente interesante. Sólo nos resta ahora localizar el texto que puede evocar la frase *ad unitatis opem*, aunque cabe suponer que tenga una estrecha relación con lo anterior.

En efecto, a pesar de que hay multitud de fórmulas semejantes, creo que estas palabras deben ser puestas en relación con el *Ordo ad reconciliandum apostatam, schismaticum vel hereticum*, y concretamente con la *oratio post rubricam* que engloba la profesión de fe:

Postea dicit ita: *Homo, abrenuntias Sathanae et angelis ejus? R abrenuntio. Abrenuntias operibus et principiis ejus? R abrenuntio. Abrenuntias etiam omni septae gentilitatis, vel haereticae pravitate, sive judaicae superstitioni? R abrenuntio. Vis esse et vivere in unitate fidei sanctae catholicae? R volo.* etc.⁴⁹.

Insisto en que esta fórmula es trivial, porque de todos es conocido el concepto de la unidad de la Iglesia como exponente de la *communio fidelium*: a ello sin duda se refería Vuitoron.

⁴⁸ *Pont. Rom.* tit. 11, vol. 3, págs. 253-254. Un texto prácticamente idéntico en REGINO syn. caus. 2, 409 (*PL* 132 cols. 360-361) y como *formula excommunicationis V*, en E. Martène, *De Antiquis Ecclesiae Ritibus*, Antuerpiae 1736, vol. 2, libr. 3, cap. IV, pág. 910; cfr. *Matth.* 25, 41.

⁴⁹ *Pont. Rom.* appendix, vol. 3, pág. 285.

APENDICE DOCUMENTAL

Habida cuenta de la importancia de los documentos que ilustran la historia particular de los sucesos a que se consagra el poema de Vuitoron, me he sentido obligado a añadirlos como apéndice, para facilitar de este modo la labor de quienes hayan de aprovecharlos, porque se trata de textos de dificultosa consulta que, por si ello fuera poco, no siempre se ofrecen al investigador en versión fiable. Esta es la razón de que haya esbozado una edición razonable, ya que no crítica en el sentido más estricto del término, de la bula capital *Grandi non inmerito*. Pero me pareció que resultaría ilustrativo el que ésta fuera precedida por la bula *Inter alia desiderabilia*, que fue la primera advertencia pontificia —y la última— al rey Sancho II, aunque su importancia es sensiblemente menor.

El texto es el que da Rinaldi en sus *Annales ecclesiastici*, con la supervisión de Mansi:

Inter alia desiderabilia cordis nostri salutem fidelium quorum regimini, licet inmeriti, Deo praesumus disponente, principaliter affectantes grandi gaudio exultamus in Domino, cum ea nobis de ipsis fidelibus referuntur, per quae suarum profectus provenire dignoscitur animarum, et vehementi autem dolore turbamur si nos in illa de eis audire contingat, quae ipsis et aliis pravo exemplo salutis afferunt detrimentum: unde tanto laetitia maiori replebimus si cultui virtutum insistens studeas te ante oculos reddere divinae maiestatis acceptum, quanto plures ex hoc et a malo retrahere et ad exercitium bonitatis inducere comprobabis.

Sane non sine gravi turbatione mentis audivimus quod post clamores et querelas multiplices praelatorum et aliorum regni Portugalliae contra te super conculcatione libertatis ecclesiasticae aliisque oppresionibus ecclesiarum eiusdem regni depositas, et admonitiones frequentes tibi propter hoc a Romanis Pontificibus nostris praedecessoribus et provisiones super iis a felicitis recordationis Gregorio Papa praedecessore nostro inter te et quosdam ex praelatis ipsis, ac promissiones a te in hac parte super articulis certis factas, tu circa malefactorum ipsius regni audaciam reprimendam sic negligens inveniris quod in eodem regno bona tam ecclesiastica quam mundana per raptos, praedones, invasores, incendiarios publicos, sacrilegos et detestabiles homicidas, abbatum videlicet, priorum et aliorum religiosorum et clericorum saecularium ac laicorum occisores deperire propter saecularis defectum iustitiae dignoscuntur.

Unde quia sic in regno a quibuslibet tuis subditis in punie delinquitur, barones aliique ipsius regni nobiles et ignobiles, sumpto ex hoc delinquendi ausu, matrimonia contrahere in gradu prohibito, bona ecclesiastica recipere, ac alia quamplura mala, olim a bonae memoriae Sabinensi episcopo tunc in partibus illis Apostolicae Sedis legato sub anathematis interminatione prohibita, committere

non verentur: et tam ipsi quam plures alii de regno praefato diversarum excommunicationum innodati laqueis, per devia desperationes errantes in contemptum clavium divinis se officiis irreverenter ignerunt et ecclesiasticis sacramentis; ac in subversionem catholicae fidei plures eorum de ipsius articulis auctoritates tam novi quam veteris testamenti temere, non sine fermento pravitatis haereticae in suarum et aliorum animarum periculum exponendo, te dissimulante, non metuunt disputare: et nonnullis de regno ipso ecclesiarum et monasteriorum patroni, et alii asserentes se patronos, cum non sint, locorum ipsorum et ab eis illegitime geniti in bonis dictarum ecclesiarum et eorundem monasteriorum crudeliter debacchantes, ecclesias ipsas et monasteria eadem ad tantam inopiam redegerunt quod eis nequeuntibus proprios sustentare ministros, quinimo aliquibus ex ipsis servitorum solatio destitutis, et aliorum claustris, refectoriis caeterisque officinis, equorum stabulis et prostibulis quarumlibet personarum vilium deputatis; divini nominis et religionis cultus exinde penitus est sublatus, bonis illorum omnibus in direptionem expositis et in praedam. Ceterum castra, villas, possessiones et alia iura regalia deperire permittens personarum tam ecclesiasticarum quam saecularium, nobilium et ignobilium, occisiones nefarias, dum religioni non parcitur, nec sexui vel aetati; rapinas, incestus, raptusque monialium et saecularium mulierum, rusticorum et clericorum, ac negotiatorum tormenta gravia, quae ipsis a nonnullis regni praefati pro extorquenda ab ipsis pecunia infliguntur; ecclesiarum et coemeteriorum violationes et incendia, fractiones treugarum et alia enormia, quae a tibi subiectis libere committuntur, scienter toleras: quin potius tot tantisque malis, dum ea praeteris impunita, consentire videris et pandis aditum ad peiora. Terras insuper et alia Christianorum bona in confinio Saracenorum posita non defendens, ea infidelibus occupanda relinquis. Ea licet a supradictis Praelatis, ut ad corrigenda praemissa pluraque alia nefanda, quorum coenosa narratio fastidium generaret, ardentem, ut teneris assurgeret, monitus fueris diligenter; tu tamen eorum monitionibus obauditis, id hactenus efficere neglexisti.

Nos igitur eidem regno super tam miserabili statu paterno condolentes affectu, et cupientes ipsum a tot respirare angustiis totque oppressionibus relevari, serenitatem regiam monemus, rogamus et hortamur attente in remissionem tibi peccaminum iniungentes quatenus prudenter considerans quod si omnipotens Dominus tuam super iis negligentiam ad tempus forte sustineat, postremo tamen si in te ac tuis contemnas errata corrigere, illam et hic impunitam non deseret et in futuro nihilominus ulciscetur gravius; sic ad corrigenda praemissa solerter et ferventer exurgas, ut culpas subditorum tuas per reprobabilem patientiam non efficias: sed in te ac ipsis proberis odire malitiam et diligere bonitatem, et de persona tua grata de cetero auctore Domino audiamus. Quod si forte, quod non credimus, fueris circa haec corrigenda remissus, nequaquam tolerare sedes Apostolica poterit, quin super iis ad salutem tuam dictique regni commode remedium adhibeat opportunum: et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Portugallensi et Coimbriensi episcopis, ac dilecto filio priori fratrum Praedicatorum

Coimbriensium litteris nostris iniungimus et te ad id monentes attente et efficaciter intendentes, qualiter super hoc faciendum duxeris, et de ipsorum circa te in hac parte processu, nos in concilio a nobis proximo celebrando certificare procurent.

Datum Lugdini XIII kal. ap. ann. II

Para fijar el texto de la bula principal, la de deposición —y quiero recordar que, en su formulación, pasó a constituir jurisprudencia en el *Corpus Iuris Canonici*— me he servido fundamentalmente de los dos originales que se conservan en el Archivo Nacional da Torre do Tombo de Lisboa y también de las versiones transmitidas por autores de reconocida utilidad al respecto y, desde luego, los más manejados.

Al final del texto que edito, y que presenta novedades ciertas en comparación con las versiones precedentes, he querido añadir una especie de elemental aparato crítico que puede resultar útil y en cuya redacción he recurrido a las siguientes siglas:

T8 = ejemplar dirigido a la nobleza y el pueblo de Portugal, conservado en el ANTT, M^o 3, n^o 8.

T12 = ejemplar dirigido al clero catedralicio y ordinario, conservado en el ANTT, M^o 3, n^o 12.

V = versión procedente del Regesto Vaticano que ofrece Cocquelines en su *Bullarum Privilegiorum ac Diplomatum Romanorum Pontificum Amplissima Collectio... opera et studio C. C. Romae, Typis et sumptibus Hieronymi Mainardi, 1740, t. III, pp. 303-304.*

R = versión editada por Rinaldi-Mansi en *Annales Ecclesiastici ab anno MCXCVII auctore O.R. accedunt in hac editione notae chronologicae, criticae, historicae... auctore J.D.M. Lucae, typis Leonardi Venturini, 1747, t. II, pp. 338-340.*

B = versión, basada en la versión del Archivo da Sé de Braga, que edita Brandão en su *Quarta parte da Monarchia Lusitana, Lisboa 1632, f. 276^v-277^v.*

He dado preferencia absoluta, en cuanto se refiere a la grafía del texto, a la que atestiguan los dos originales de procedencia vaticana.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei

Dilectis filiis nobilibus viris Baronibus, Venerabilibus fratribus Universis Cathedralium et dilectis filiis aliarum ecclesiarum prelati necnon clero (T12)
 5 rum ac Universis Militibus et Populis
 (T8)

per regnum Portugalie constitutis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Grandi non inmerito gaudio exultamus in Domino cum Christiane professionis regna sic salubri diriguntur statu, quod Ecclesie ac alia loca cultui et obsequio deputata divinis et persone ecclesiastice ceterique fideles ipsorum pacis tranquillitate letantur, fides in eis Catholica maiori continue robore convalescit, servatur inibi iustitia et audacia cunctis ibidem interdicitur delinquendi.

Vehementi autem dolore turbamur si quando regna ipsa, quod absit procurante humani generis inimico scinduntur discordiis, circa fidei cultum remisso devotionis ardore tepescunt, Iustitiam negligunt et in se ipsis permittunt illicita libere perpetrari. Unde multa sollicitudine magnoque studio procurare Nos convenit ut Christianorum regna, que in statu sunt prospero, incommutabiliter in illo regantur, et que periculoso ruere dignoscuntur, reformatione laudabili reparantur.

20 Sane cum charissimus in Christo filius noster Portugalie rex illustris a pueritia sua clare memorie Patre suo viam universe carnis ingresso Regni Portugalie gubernatione suscepta ecclesias et monasteria existentia in eodem pravo usus consilio in gravem Dei offensam et conculcationem ecclesiastice libertatis multimodis exactionibus et oppressionibus per se suosque immaniter afflisset et ab
 25 aliis pro ipsorum libito libere permississet affligi, tandem quibusdam ecclesiarum prelati eiusdem Regni apud Romanos Pontifices predecessores nostros querelas multiplices super his deponentibus contra eum felicitis recordationis Gregorius

1-5 T8 V(R)B ~ T12

2 R comienza a partir de nobilibus || nobilibus viris Baronibus T8, falta en (T12) VRB

3 consiliis VB

6 salutem et apostolicam benedictionem falta en R

7 inmerito... Domino gaudio cum VRB

9 diliguntur B || alia cultui B

12 inibi... inibi B || delinquendi T8, falta en V

13-14 precante B || in discordiis B

15 se ipsis: scriptis B

16 libere perpetrari T8T12: perpetrari VRB || praecare B

17 falta prospero en R

18 cum illo B || periculose R || reparatione... reformatentur B

25 libito libenter B

27 his R V hijs T8T12: iis B

Papa predecessor noster, post huiusmodi querelas et admonitiones frequentes Regi propter hoc factas eidem ac expectationes diutinas necnon et interdicti ac excommunicationis sententias ob ipsius contumaciam in eum et prefatum regnum auctoritate apostolica promulgatas diuque observatas ibidem super certis predictae libertatis articulis et quibusdam aliis ab eo et suis in posterum observandis et satisfactione impendenda monasteriis et ecclesiis de damnis ac iniuriis per ipsum et suos irrogatis eisdem, ac ipsorum defensione duxit salubriter providendum certis cum executoribus qui eum ad hec ecclesiastica censura compellerent deputatis.

Sed idem, receptis apostolicarum provisionum litteris, licet promiserit per suas patentes litteras quod articulos contentos in earundem provisionum litteris et observaret et faceret a suis subditis observari, postmodum tamen non solum prefatis monasteriis et ecclesiis de premissis damnis et iniuriis satisfacere vel ea defensare neglexit, sed etiam, ut accepimus, ecclesias et monasteria ipsa per se suosque portarios et meyrinos collectis procurationibus ac exactionibus indebitis intolerabiliter aggravavit et aggravat incessanter, ac circa malefactorum regni eiusdem insolentiam reprimendam sic negligens invenitur, quod in eodem regno bona tam ecclesiastica quam mundana per raptos, predones, invasores, incendiarios, publicos sacrilegos, et detestabiles homicidas, abbatum videlicet priorum et aliorum religiosorum et clericorum secularium ac laicorum etiam occisores deperire propter secularis defectum iustitiae dignoscuntur.

Unde quia sic in eodem regno a quibuslibet suis subditis impune delinquitur, barones alique ipsius regni nobiles et ignobiles, sumpto ex hoc delinquendi ausu, matrimonia contrahere in gradu prohibito, bona ecclesiastica rapere, ac alia quamplura mala olim a bone memorie (Joanne) Sabinensi episcopo tunc in partibus illis Apostolice Sedis legato, sub anathematis interminatione prohibita committere non verentur, et tam ipsi quam plures alii de regno prefato diversarum excommunicationum innodati laqueis per devia desperationis errantes, in contemptum clavium divinis se officii irreverenter ingerunt et ecclesias-

-
- 32 imposterum *V*
 33 in satisfactione impedienda *B* || de: et *R*
 34 iisdem *B*
 35 hoc *VRB*
 37 acceptis *B* || promisit *B*
 39 observare... facere *B*
 42 *falta* et *en R* || ac: et *BR*
 43 *preferiria leer regis con B*
 44 redimendam *B*
 47 *B puntúa tras clericorum*
 48 diripere *B*
 50 *falta* et ignobiles *en B*
 52 *añadido por V*
 54 ipse *B* || quamplures *T8*

tis sacramentis, ac in subversionem catholicae fidei plures eorum de ipsius articulis auctoritates tam novi quam veteris Testamenti, temere, non sine fermento pravitatis hereticae, in suarum et aliorum animarum periculum exponendo, eo
 60 dissimulante, non metuunt disputare; et nonnulli de regno ipso ecclesiarum et monasteriorum patroni, ac alii asserentes se patronos, cum non sint, locorum ipsorum et ab eis illegitime geniti, in bonis dictarum ecclesiarum et eorundem monasteriorum crudeliter debacchantes, ecclesias ipsas et monasteria eadem ad tantam inopiam redegerunt, quod eis nequeuntibus proprios sustentare ministros,
 65 quinimmo aliquibus ex ipsis servitorum solatio destitutis et aliorum claustris, rectoriis ceterisque officinis, equorum stabulis et prostibulis quarumlibet personarum vilium deputatis, divini nominis et religionis cultus exinde penitus est sublatus, bonis illorum omnibus in direptionem expositis et in predam.

Ceterum castra, villas, possessiones et alia iura regalia, idem rex propter
 70 ipsius dissidiam suisque cordis imbecillitatem deperire permittens, ac passim et illicite malignorum acquiescens consiliis alienans tam ecclesiasticarum quam secularium personarum, nobilium et ignobilium, occisiones nefarias, dum religioni non parcitur nec sexui vel etati, rapinas, incestus, raptusque monialium et secularium mulierum, rusticorum et clericorum ac negotiatorum tormenta gravia,
 75 que ipsis a nonnullis regni prefati pro extorquenda ab ipsis pecunia infliguntur; ecclesiarum et cimiteriorum violationes et incendia, fractiones treugarum et alia enormia que a sibi subiectis libere committuntur, scienter tolerat, quin potius tot tantisque malis, cum ea preterit impunita, consentire videtur et pandit aditum ad peiora. Terras insuper et alia Christianorum bona in confinio sarracenorum posita non defendens ea infidelibus devastanda, seu etiam occupanda
 80 ex animi pusillanimitate relinquit.

-
- 57 ipsi *T8*, *falta en B*
 58 veteris... novi *B*
 59 aliarum *B* || ea *B*
 61 offerentes *B*
 65 quinimmo *T8T12*: quinimo *BR* quin imo *V*
 66 et rectoriis *B* || prostibulis *R* prostribulis *T8T12* prostabulis *B* postribulis *V*
 67 cultum *B*
 68 eorum *B*
 71 *tras* alienans (*alienâtiſ T8*) *falta* personarum *en VB*
 73 nec etati *B*
 74 *falta* et clericorum *en VRB*
 75 praedicti *R*
 76 caemiteriorum *B* coemeteriorum *R* || treugarum *BR*
 77 subditis *B*
 78 ea praestiterint *B*
 79 *falta* bona *en B*
 80 etiam: et *B*
 81 relinquit *T8*

Et licet a supradictis Prelatis, ut ad corrigenda premissa pluraque alia nefanda, quorum seriosa narratio fastidium generaret, ardentem, ut tenetur, assurgeret, monitus fuerit diligenter, idem tamen eorum monitionibus obauditis
 85 id efficere non curavit, propter quod Nos episcoporum, abbatum, priorum et aliorum tam religiosorum quam secularium regni eiusdem conquestionibus et clamoris insinuationibus excitati, regem ipsum per nostras litteras, ut premissa corrigeret rogandum duximus attentius et hortandum venerabilibus fratribus nostris Colimbriensi et Portugallensi episcopis, ac priori Predicatorum colimbriensi, nihilominus per alias litteras iniungentes ut eum ad hoc ex parte nostra momente attente ac efficaciter inducentes, qualiter super hoc faciendum duceret et de ipsorum circa eum in hac parte processu nos in Concilio certificare curarent.

Cum igitur per dictos Colimbriensem et Portugallensem eiusdem Concilii
 95 tempore apud Sedem Apostolicam constitutos, ac ipsorum et dicti prioris litteras, quod prefatum regem super his diligenter monuerint et tam per eosdem quam per alios fide dignos, necnon multorum virorum ecclesiasticorum, communitatum, baronum, militum ac etiam nobilium dominorum litteras, quod premissa nullatenus emendantur, sed potius de die in diem graviora propter eius
 100 dessidiam et negligentiam presumuntur. Quodque in subversionem regno prefati vassalli eiusdem regis, congregata multitudo armatorum, castra ipsius noviter expugnare omniaque occurrentia invadere, devastare, predari et alia mala, eo hec ex torpore nimio tolerante committere, divino timore posthabito non formidant, nobis satis liquido innotescat, cupientes regnum ipsum tot tribulationum adversitate depressum, maxime cum sit Romane Ecclesie censuale
 105

-
- 83 generat *B* || *falta* ardentem *en B*
 83-84 assurgere *B* || *falta* diligenter *en B* || tamen: tot *B* || auditis *B*
 85 propterea quod *B* || *falta* nos *en B*
 87 litteras nostras *B*
 88 attente *V* || et hortandum: exhortandum *B*
 89 et *T8T12*: ac *VRB* || et priori *R* || praedicto *VRB*
 90 iniungentes per alias litteras *R*
 91 attente et *R*
 92 cura *V*
 94 ac Portuensem *B* || consilii *B*
 95-96 litteris *R* || quod: quae *B* || his *V* hijs *T8T12*: iis *RB* || monuerant *B*
 98 quod: qui *B*
 100 praesumantur *B* || subversione *B*
 102 devastare *T8*
 103 eo hec (hoc *T12*) ex torpore *T8T12V*: ex (et *R*) haec ex corpore (torpore *R*)
B
 104 satis et *B* || innotescit *B*
 105 sensuale *B*

- alicuius prudentis et providi diligentia et industria relevari, Universitatem vestram de fratrum nostrorum consilio monemus rogamus et hortamur attente per Apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes in remissionem vestrorum peccaminum iniungendo, quatenus dilectum filium nobilem virum
- 110 Comitem Boloniensem, prefati regis fratrem, de devotione, probitate ac circumspicione multipliciter commendatum, qui eidem regi, si absque legitimo decederet filio, iure regni succederet, quique ex innate dilectionis affectu, quo vos et predictum regnum prosequitur magnanimitate ac potentia sibi plurimum suffragantibus regnum ipsum reformaturus, firma credulitate speratur, presertim
- 115 cum ad curam et administrationem generalem et liberam regni eiusdem, non minus pro sepe dicti regis quam ipsius regni utilitate, si provide attendatur ac ad defensionem ecclesiarum, monasteriorum aliorumque piorum locorum regni prefati et personarum ecclesiasticarum tam religiosarum quam secularium necnon viduarum, orphanorum et ceterorum ibidem degentium ac deperditorum
- 120 inibi recuperationem, salubriter in Domino confidimus sit assumptus, cum ad vos accesserit, fidelitate, homagio, iuramento seu pacto, si aliquibus forte prefato regi vel cuicumque persone tenemini, aut etiam ipsius regis prohibitione, dummodo personam eius et vitam, ac legitimi sui filii si aliquem habere contigerit, fideliter conservetis, debitum eis exhibentes honorem nequaquam obstantibus
- 125 in civitatibus, castris, villis et munitionibus regni predicti cum omnibus suis recipere, ac eius dispositioni, ordinationi et mandatis universaliter singuli et singulariter universi per omnia et in omnibus intendere, absque difficultate qualibet procuretis, impendentes sibi contra quoslibet repugnantes ac etiam violentos consilium, auxilium et favorem de redditibus, proventibus omni-

-
- 106 prudentis: providentis *B*
 108 districtae *V*
 109 vestrorum: vobis *R*
 112 iuri *R* || *preferiría leer regno con B* || effectum *B*
 113 prudentia *B*
 115 *falta ad curam en B*
 116 per *B* || regni... regis *B* || si provideat tendatur *B*
 118 religiosorum *T8B*
 119 de praedictorum *B*
 120 recuperatione *RB*
 121 fote *T8*
 122 aut etiam: autem etiam *B*
 123 *falta sui en R* || contingat *B*
 124 exhibentibus *R*
 125 castris et *B* || *falta et munitionibus en B*
 126 depositioni *R* || *falta ordinationi en R*
 128 ac etiam: et *B*
 129 violentes *V* volentes *R* || de: cum *B*

130 busque sepefati regni iuribus, sine diminutione aliqua plenarie respondendo, ut
de illis dicto regi secundum quod suam decet excellentiam et sibi ac suis et pre-
fati regni necessitatibus pro temporum ac negotiorum emergentium qualitate
valeat providere.

135 Alioquin venerabilibus fratribus nostris Bracharensi archiepiscopo et
episcopo Colimbriensi damus nostris litteris in preceptis ut vos ad id monitione
premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Per hoc
autem non intendimus memorato regi, vel ipsius legitimo filio, si quem habue-
rit, predictum regnum adimere sed potius sibi et eidem regno destructioni ex-
posito ac vobis ipsis, in vita eiusdem regis per sollicitudinem et prudentiam Co-
140 mitis consulere suprascripti.

Datum Lugduni viiiij kalendas augusti Pontificatus nostri anno tertio.

-
- 130 praefati *B* || reddendo *B*
133 provideri *B*
134 venerabili fratri nostro *R*
135 preceptis: scriptis *B* || monitione: modo *V*
136 praemisso *V* || censuras ecclesiasticas *R* || compellat *RB*
139 ac: a *R*
141 octavo kalendas *V*

No creo preciso indicar al lector los pasajes fundamentales de la Bula *Grandi non inmerito*; sin embargo, quiero llamar su atención sobre los párrafos comprendidos entre las líneas 28-36, 49-60, 85-93 y, por último, 106-109.

Así, quien desee profundizar en el desconcierto que, en el ánimo de cualquiera, producen las líneas 88-93, debe leer —incluso entre líneas— la célebre *Memoria sobre a deposição de el-Rei D. Sancho II*, del Cardenal Saraiva (recogida en sus *Obras Completas...* publicadas por Antonio Correia Caldeira, Lisboa, 1874, vol. 3, págs. 69-89) que contiene, entre otras cosas dignas de nota, una versión del discurso pretendidamente pronunciado en el Concilio de Lyon, para defender a su rey, por el obispo de Lisboa D. Ayres Vasquez (hay otra versión del mismo discurso en el vol. 1 de las *Obras Completas*, Lisboa, 1872, págs. 387-392).

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt (*Ps.* 26).